



**Augustini Barbosaë ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669


40. De iis, quæ vi, metúsve causa fiunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

Mascard. de probat. concl. 1095. n. 14. Civitas vel alia universitas an ex contractu, & obligatione Syndici, vel administratoris obligetur, vide Gail. de arrestis Imper. c. 16. Nicol. Lofæum de iure universitatis p. 3. c. 4. Matth. Coler. de processibus execut. p. 2. c. 3. n. 337. cum sequentib.

C A P. Sicut, vnic. Gregor.

Monasteria debent negotia forensia tractare per Syndicum? soluto pretio, expedit enim pro parvo commodo à strepitu causarum servus Dei esse quietos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 536. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 187. remissive Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 29. c. 1. & habetur lib. 2. epist. 67. registri. B. Gregor. scripta Petro Subdiacono Sicilie.



De iis, quæ vi, metu, &c. causa sunt.

TIT. XL.



SUPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 41. Ioann. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 166. Petr. de Ravenna in compend. iur. Can. Martin. Mesnart. in epitome Decret. fol. 44. verso. Dan. Venator in analysi method. iur. Pont. a pag. 140. Goffred. & Hof. in summ. huius tit. Alex. Caffan. & A. alt. Germon in paratilis ad quinque libros Decret. Barth. Carthaginen. in exposit. titulorum iuris Canon. nouissimè Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia huius tit. tractatum edidit Balthasar Megallon, vide l. 56. tit. 5. part. 5. & l. 1. tit. 2. part. 4. Nauar. tom. 1. consiliorum, ubi sub hoc tit. sex ponit consilia, Sayr. in floribus decisionum, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 10. Guillelm. Durand. in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Religionem timore mortis professus, nec postea ratum habens, potest egredi, & ducere uxorem.
- 2 Professio non animo, sed tantum verbis facta ob metum mortis ab alio incussum inualida est.
- 3 Votum metu mortis factum irritum est ipso iure.
- 4 Protestatio valet quando quis metu mortis cogitur matrimonium inire, & clam protestatur se minime consentire.
- 5 Protestationes clandestina ex causa fieri possunt.
- 6 Simulatio causa, & prouida, quæ tendit ad inquirendam veritatem, licita est.
- 7 Metus non præsumitur.
- 8 Alleganti renuntiasse per metum incumbit onus probandi illum metum.
- 9 Metus qualiter probetur, remissive.
- 10 Metus suspicio tollitur si consensus, seu ratificatio superueniat post metum.

C A P. Per latum. I. Alex. III.

Religionem non liberè professus ex timore mortis ab extrinseco incusso, nec postea ratum habens, potest egredi, & ducere uxorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Hof. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Boich. Marc. Mant. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 537. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 187. remissive Ximen. in concord. p. 1 & 2 refertur ab Ant. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 30. c. 1. & est post Concil. Lateran. p. 50. c. 1.

Probat hic textus possessionem non animo, sed tantum verbis factam ob metum mortis ab alio incussum inualidam esse, nec impedire matrimonium: ut per Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 18. n. 37. in fine. Votum enim metu mortis factum irritum est ipso iure, Fr. Ludou. Lop. p. 1. instruit. conscientia. c. 45. col. 4. Emman. Sà in aphorism. verbo, votum, n. 8. & verbo, metus, n. 2. Tolet. in summa lib. 4. c. 17. num. 5. Valent. in 2.2. disp. 6. q. 6. puncto 4. col. ult. Fr. Emman. in summa. tom. 1. c. 93. n. 1. & quest. Regul. tom. 3. quest. 17. art. 15. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 15. q. 7 & lib. 1. c. 5. q. 9. Menoch. conf. 2. n. 232. cum segg. Nauar. commento 4. de Regularib. n. 71. Sayr. in clauis Regia, lib. 2. c. 2. n. 11. & lib. 6. c. 4. n. 17. Soar. de relig. tract. de voto, lib. 1. c. 7. n. 9. Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 3. num. 12. Vnde etiam confessio per vim, vel metum extorta non nocet, Mascard. de probat. in præmio, q. 7. num. 17. Farin. in praxi crim. q. 81. à num. 16. Aldrete de religioſa disciplina tuenda, lib. 1. c. 4. n. 19. Aduertas tamen hodie inxta Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 19. illum esse compellendum in Monasterio manere, qui intra quinque annos post professionem non ostenderit se coactum vi, vel metu, & quidem antequam abiciat habitum, causâque quas prætendit, deduxerit coram superiore suo, & Ordinario, de cuius intellectu latè egi in meo tract. de officio, & potestate Episcopi, part. 3. alleg....

Proposuit. Notatur ad hoc quod valet protestatio quando quis metu cogitur matrimonium inire, & clam protestatur se minime consentire. Innoc. hic n. 3. Card. in fine, Abb. num. 14. Doct. in cap. tua, de sponsalib. Henric. in sum. lib. 1. c. 11. n. 4. in commento lit. T. post multos, quos refert, & sequitur Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 45. n. 22. ubi etiam intelligit dummodo metus cadens sit in virum constantem, aliâs protestatio illa clancula non iuuabit. Vnde notatur hic text. quod clandestinæ protestationes ex causa fieri possunt, Dec. conf. 218. n. 4. & ad illud etiam quod protestatio adiunat probationem metus, Mascard. de probat. concl. 1051. n. 10.

Simulatio. Aduerte licitam esse simulationem causam, & prouidam; quæ tendit ad inquirendam veritatem, per cap. afferre, inf. de præsumpt. docent Couarru. lib. 1. var. cap. 2. n. 16. Sayr. in clauis Regia, lib. 12. cap. 2. num. 5.

Legitimè probetur fuerit, &c. Notatur ad hoc quod metus non præsumitur, ex Mascard. de probat. concl. 1051. & ideo cum præsumi non possit, debet per allegantem probari, l. 2. c. de iis quæ vi, Menoch. de præf. lib. 3. præf. 126. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 1. Mascard. concl. 128. n. 13. R. decis. 5. num. 9. p. 1. recent. & decis. 463. num. 4. part. 2. & in Hadruntina peruariaria 27. Aprilis 1622. eorum Reuerendiſſ. P. D. Merlino. non sufficit allegari nisi probetur fuisse iustum, legitimum, & verosimilem, ut per Ioseph. Ludou. tom. 3.

continuat.

commun. opin. tit. de probat. concl. unic. vers. inferitur 155.
8 pag. nubi 476. & alleganti renuntiasse ob metum in-
cumbit onus probandi illum metum, Doct. in l. in-
terpositas, C. de transact. Rebuff. in tract. de rescissione
contractuum, gloss. 12. art. unic. n. 2. Mascard. concl. 1052.
num. 1. Flamin. de resignat. benefic. lib. 23. q. 1. n. 71. cum
9 segg. Qualiter verò probetur metus, referunt Sord.
decis. 194. num. 23. Burlat. tom. 1. commun. opin. lib. 2.
tit. 11. n. 41. Farin. p. 4. decis. 40. & 42. in nouiss. prime
collekt.

10 *At quod facit postmodum ratum, &c.* Notatur ad
hoc quod suspicio metus tollitur, si consensus, seu
ratificatio superueniat post metum, l. penult. ff. de condi-
dict. ob turpem causam, l. 2. C. quod metus causa, c. cum
virum, cap. significatum, infr. de regular. Menoch. de
arbitrar. casu 231. num. 14. & 15. Bonacof. commun.
crimin. part. 1. verbo, metus, fol. 113 verso, & part. 2.
eod. verbo, fol. 49. & tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 11.
num. 50. pag. 328. Gama Lusit. decis. 146. n. 4. Menoch.
de presumpt. lib. 3. q. 4. num. 23. Flamin. de resignat. be-
nefic. lib. 13. q. 1. num. 121. cum segg. Intellige dum-
modo tempore ratificationis sublati sit causa metus,
quia ea durante metus durare præsumitur, vt voluit
Gut. hic verbo, postmodum, in princ. Barth. in l. si ob
turpem, n. 5. ff. de condi. ob turpem causam, Boër. de-
cis. 100. n. 13. Couar. de sponsalib. p. 2. §. 6. n. 1. Ranchin.
p. 4. concl. 474. Menoch. de presumpt. lib. 3. pref. 126.
Mascard. de prob. concl. 1051. n. 34. Flamin. d. q. 1. n. 101.
cum segg. Guttier. conf. 16. n. 15. Sanch. de matrim. lib. 4.
disp. 18. n. 7.

In gloss. Non timore mortis. Circa intellectum hu-
ius glossæ vide Sanch. de matrim. lib. 1. disp. 9. in fine,
vers. ad ultimum, Herculan. in tract. de probatione nega-
tina in 5. modo.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficio suo ob metum amissionis patrimonij renun-
tians illud repetere potest.
- 2 Metus iustus, qui cadit in constantem virum, inducit
periculum amissionis omnium bonorum, vel maioris
partis.
- 3 Renuntiatio debet esse libera, & voluntaria.
- 4 Renuntiatio beneficii metu facta venit rescindenda.
- 5 Actus gesti propter metum regulariter veniunt rescin-
dendi.
- 6 Dotis promissio metu facta est omnino irrita.
- 7 Iurisdiclio per metum exorta non tenet.
- 8 Votum per metum factum non tenet.

C A P. Abbas. 11.

1 **B**eneficio suo renuntians ob metum ne patrimo-
nium amittat, renuntiatio non tenet, & potest
illud repetere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.
Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Bald. Anan.
Panorm. Host. Anch. Butr. Viuian. in rationali primi
libri iuris Pontificij, pag. 538. Alagona in compend. iuris
Canon. pag. 178. remissive Casal. in annos. & Ximen. in
concord. p. 1. & 2. referunt ab Anton. August. collect. 1.
Decret. lib. 1 tit. 30. c. 2. & est post Concil. Lateran.
p. 22. c. 7.

2 *Quæ cum à domo, & vniuersa possessione expellerent.*
Notatur ad hoc quod periculum amissionis omnium
bonorum inducit iustum metum, qui cadit in con-
stantem virum, vt per Menoch. de arbitrar. casu 135. in
fine, & conf. 1 à num. 380. Sebast. Medic. de casib. fort.
p. 1. q. 7. n. 7. vers. quinto modo probatur. Card. Tulch.

pract. concl. litera M. concl. 215. num. 5. & concl. 217.
num. 8. & 9. Farin. fragm. crimin. tom. 2. lit. M. n. 89.
Mascard. de probation. concl. 1051. num. 54. Flamin. de
resignat. benefic. lib. 13. q. 1. num. 144. cum segg. Sanch.
de matrim. lib. 4. disp. 5. num. 20. Farin. in praxi crimin.
p. 1. q. 15. num. 53. Fr. Basil. Ponci. de impedimentis ma-
trimonij, cap. 29. §. 6. vers. at mihi videtur pag. 403.
Idem dic in amissione maioris partis bonorum idque
siue sine illis sustentari vita posset, siue non, argum.
l. propter licem, ff. de excusat. tit. ibi, nisi forte de omni-
bus bonis, aut plurima eorum parte controuersia sit, &
c. 1. de restit. spoliat. lib. 6. vbi spoliatus dicitur, quia
tota substantia, vel maiori parte destitutus est, Gut-
tier. de iuram. confirm. p. 1. c. 57. n. 20. Idem etiam in
amissione magnæ rei, licet non sit maior bonorum
pars, Cotta in memorab. verbo, absentes, Couar. de
sponsal. p. 2. §. 4. n. 18. Arag. in 2. q. 88. art. 1. §. pro
explicat. huius difficultatis, quibus ampliationibus non
obstat text. in presenti, dum videtur exigere peri-
culum amissionis omnium bonorum, quia in eo
factum narratur, in quo omnium bonorum amissio-
nis metus incussus est, non verò quicquam decernit,
vt dicit Fr. Basil. Ponci. ubi proximè, vers. nec
obstat.

Nisi Ecclesiam suam penitus abiurer. Notatur ad
hoc quod renuntiatio metu facta est nulla, debet
enim esse libera, & voluntaria, Rebuff. in praxi tit.
de resign. metu exorta, & tit. de vi in resignat. adhibita.
Corral. de benef. p. 1. c. 8. n. 10. & 11. Flamin. de resign.
lib. 13. q. 1. & 2. Valer. Reginald. in praxi fori panit.
lib. 30. tract. 3. n. 246. vers. 2. Nicol. Garc. de benef. p. 1. 1.
c. 3. n. 1.

*Quæ metu, & vi sunt, de iure debent in irritum reuo-
cari.* Notatur ad hoc quod resignatio beneficii metu
facta venit rescindenda, vt per Fortun. Garc. de ul-
timo fine, illat. 1. n. 190. Nauar. in c. accepta, opposit. 5.
n. 11. infr. de restit. spoliat. optime Flamin. d. lib. 1. q. 2.
à princ. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 27. q. 1. Valer.
Reginald. d. tract. 1. n. 333. Actus enim gesti propter
metum regulariter veniunt rescindendi, Seb. Medic.
de casib. fort. p. 1. q. 7. n. 62. Farin. fragm. crimin. p. 2.
litera M. n. 25. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 4. numero
unic. ad finem, casu 6. Gregor. l. 56. verbo, deschebo,
tit. 5. p. 5. Padil. in l. interposit. n. 4. C. de transact. Me-
noch. conf. 2. n. 17. Seraphin. de privilegis iuramenti,
priuil. 110 in princ. Flamin. d. q. 2. n. 9. Rebuff. de paci-
ficis possess. n. 230. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 8. n. 4.
Guttier. eod. tract. c. 76. à n. 2. Sayr. in clau. Regia, lib. 2.
c. 2. n. 10.

In gloss. Coactus, ibi, Item & dos promissa propter
metum. Notatur ad hoc quod promissio dotis metu
facta est omnino irrita, vide Nouel. de dote, part. 6.
priuil. 39. num. 1. Sanch. d. lib. 4. disp. 12. numero 23.
D. Barbof. in rub. ff. soluto matrim. part. 4. numero 28.
Grammat. decis. 103. num. 67 cum segg. Sebast. Medic.
de casib. fort. p. 1. q. 7. num. 29. Farin. fragm. crimin. p. 2.
lit. M. n. 17.

In ead. gloss. ibi, Item non tenet iurisdiclio per me-
tum exorta. Vide D. Barbof. in l. 1. ff. de iudiciis, art. 3.
num. 45.

In ead. gloss. ibi, Quia votum per metum factum
non tenet. Recipitur ab omnibus in presenti, vt per
Anchar. col. 1. n. 3. vers. querit glossa, Ioan. Andr. n. 7.
Imolam n. 4. Butr. col. 2. n. 9. vers. querit casus, Panor-
mit. col. 3. n. 11. & alios quos refert, & sequitur Ren-
dina in promptuario receptarum sent. tom. 1. tit. 125. de
voto, n. 1. vide alios plures, quos supra retuli ad c. 1.
n. 3. hoc tit.

S V M M A

SYMMARIUM.

- 1 Electioni de se facta terrore laicorum renuntians, si renuntio iuramento vel fide firmata non sit, regimini ad quod electus fuit, praefici poterit.
- 2 Promissio sub fide idem operatur, quod iuramentum quoad observantiam.
- 3 Fidem frangens eadem poena puniatur, qua puniretur frangens iuramentum.
- 4 Fides data per coniunctionem dexterae habetur loco iuramenti.
- 5 Electioni metu renuntians potest eidem Ecclesiae praefici, non obstante renuntiatione, nisi fuisset confirmata iuramento.
- 6 Renuntiatio beneficii fieri non potest sine superioris auctoritate.

CAP. Ad aures. III. Clem. III.

- 1 Electus ad regimen alicuius Ecclesiae, si terrore laicorum illi renuntiavit, & non fuit iuramento, vel fide confirmata renuntiatio, potest praefici eidem Ecclesiae. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Butr. Henric. Boich. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 539. Alagona in compend. iur. Canonici, pag. 188. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 2. Decretal. lib. 1. tit. 19. cap. 1.
- 2 Vel fide interposita. Notatur ad hoc quod promissio sub fide idem operatur, quod iuramentum quoad observantiam, Surd. decis. 235. n. 1. eadem enim poena puniatur frangens fidem, qua puniretur frangens iuramentum, ut per Perez l. 1. gloss. 1. pag. 186. col. 1. ver. queri solet, tit. 6. lib. 8. Ordin. Mendocain disputationibus suis, lib. 1. c. 6. n. 10. Et fides data per coniunctionem dexterae habetur loco iuramenti, Surd. decis. 234. n. 6.
- 3 Non impedit, &c.] Et sic renuntians electioni metu potest eidem Ecclesiae praefici, non obstante renuntiatione, nisi forte renuntiatio huiusmodi fuisset confirmata iuramento, vide Flamin. de resignat. benef. lib. 13. q. 1. n. 24. cum segg. ubi n. 26. asserit sustentabilem esse responsum, quae asserit hunc text. loqui de renuntiatione iuris ad rem, quia loquitur de renuntiatione electioni, & n. 28. dicit illam veram esse, quae dicit hunc text. procedere ante absolutionem à iuramento obtentam, namque nisi habeat absolutionem non potest Ecclesiae praefici, siue iuramentum fuerit factum metu ad renuntiandum, & postea sequuta renuntiatio, siue facta fuerit renuntiatio ob metum, & postea interpositum iuramentum, & ita respondet ad hunc text. Nauar. in c. accepta, opposit. 6. n. 6. infr. de rest. spol.
- 6 In gloss. Laicorum, ibi, talis renuntiatio non tenet, etiam si sponte fieret, quia non est facta in manu Pralati. Nam renuntiatio fieri non potest sine Superioris auctoritate, neque facta valet, etiam in praedictum renuntiantis, ita post multos à se relatos resoluit Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 3. n. 223. cum multis segg.

SYMMARIUM.

- 1 Beneficio suo renuntiare iurans, & renuntians per metum, qui cadere potuit in constantem virum, illud repetere poterit.

- 2 Renuntiare Ecclesiae metu iurans si renuntians non obstant oblatione, illam repetere potest.
- 3 Excommunicationis timor cadit in constantem virum.
- 4 Metus reverentialis quando sit sufficiens ad rescindendos contractus, ostenditur.
- 5 Metus cadens in constantem virum quis dicatur, ostenditur.
- 6 Iuramentum ubi non firmat contractum, sed solum fit de soluendo, facta solutione impletum est, & abique aliqua relaxatione potest solum repeti.
- 7 Metus an purgetur quoties aliquis sponte solvit quod iuramento per metum promiserat, ostenditur.

CAP. Ad audientiam. IV.

Innoc. III.

Qui per metum cadentem in constantem virum iuravit renuntiare, & renuntians suo beneficio, sed non iuravit non repetere, potest repetere, & si probat metum, est ei restituendum beneficium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Host. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Butr. Henric. Boich. Viuian. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 539. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 188. remissum Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. Aug. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 23. c. 1.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Nauar. in c. accepta, infr. de rest. spoliat. in proem. sub tit. confirmatio duplex summa principalis, n. 4. vers. quarto, & faciunt quae Soar. de Religione, lib. 2. de iuram. c. 26. n. 9. & c. 41. n. 18.

Et debuerit cadere in virum constantem. Adverte excommunicationis timorem cadere in constantem virum, quod intelliges, si excommunicatio sit iniusta, & de facili appellando superior adiri non possit, vide tradita ad gloss. verbo, violentia, in c. cum dilectus, infra hoc tit. & Mascard. de probat. concl. 1051. n. 5. post Cou. Gig. & alios, Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 13. q. 1. n. 119. & 124. cum segg. & n. 163. & segg. & n. 115. cum segg. asserit metum non inducere quod index instet facit. Sic etiam metus reverentialis praecedentibus minis, aut verberibus cadit in constantem virum, sufficiensque est ad rescindendos contractus. Vide Xuar. tit. de los pleitos, n. 36. Burgos conf. 5. n. 17. Flamin. d. lib. 13. q. 1. n. 166. cum segg. Cald. Pereira de renovat. emphyt. q. 16. n. 59. Molina de primog. lib. 2. c. 3. n. 9. cum segg. Valasc. conf. 130. n. 21. Cabed. p. 1. decis. 194. n. 29. Sanch. de matrim. lib. 4. disp. 6. n. 7. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 198. n. 53. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 14. n. 48. & p. 4. decis. 42. in addit. verbo, reverentia. Sufficit etiam si in persona, cui reverentia debetur, concurrat aliquid, quod sit loco minorum, propterea est enormissima laesio, quia tunc etiam abique minis actus rescindetur, Conar. in c. quamvis pactum, de pallis, lib. 6. p. 1. §. 4. n. 7. Menoch. de arbit. casu 136. n. 9. & de praes. lib. 3. praes. 127. n. 147. & conf. 1. n. 49. Ozae. Ped. decis. 179. n. 5. Guttier. conf. 16. n. 16. cum segg. Cald. Pereira in l. si curatorem, C. de integ. rest. verbo, laesio, n. 40. col. 3. latè Farin. d. q. 1. à n. 166. Vel si importunis precibus, Farin. p. 4. decis. 40. addit. vlt. Metus ideo cadens in constantem virum est, quando aut mors ipsa, aut corporis cruciatus gravis, aut universorum bonorum, aut partis eorum amissio, vel magni lucri substractio interminatur, ut probat R. P. Franc. Coriolan. Capuccin. de absolutione à casibus Bulla in Cava Domini, n. 8. in fine, & relinquit arbitrio iudicis tenent Doctores citati ad c. dilectus 6. n. 6. infr. hoc tit.

Non

tholicam retinentes, quia tamen non agunt pertinaciter, ut est de ratione heretis, ut probat text. in cap. dixit 2. q. 1. Castro de iusta hereticorum punit. lib. 1. cap. 7. versio. quantum, & cap. 9. idem penas Canonicas eos euadere probant gloss. 2. in fine, & Doctores communiter per text. ibi, in cap. nunc autem 2. d. 1. Abb. conf. 4. lib. 1. testatur Communem Clar. & heretis num. 3. Simanch. de Catholicis cap. 17. num. 85. Vnde quamvis communicantes cum excommunicatis per metum mortis grauius peccare concedamus, ab excommunicatione tamen, aliisque poenis Canonicis liberos esse dicendum videbatur. Confirmatur magis difficultas, quia ex causis multo lenioribus, ut necessitate famis, vel causa exigendi debitum excusati communicantes cum excommunicatis, probat text. in c. quoniam multos, 11. q. 3. Et constat ex illo vulgari versio.

Vile, lex, humile, lex ignorata, necesse.

Igitur non est par credere voluisse Ecclesiam obligare subditos cum tanto rigore, ut instante mortis periculo teneamur excommunicatum vivere, contra reg. text. in c. quod non est licitum, de reg. iuris in antiquis, cap. 2. de obseruat. ieiuniorum, iuncta communi Theologorum sententia, de qua Sot. de iustit. lib. 1. quest. 6. art. 4. col. ar. penult. & late post multos, quos refert, & explicat Azor. iustit. moral. part. 1. lib. 1. c. 1. quest. 1. & agens de Cathusianis circa preceptum de abstinendo a carnibus quod ad illud cum mortis periculo non teneantur, disputat idem Azor. d. p. 1. l. 1. cap. 6. quest. 7.

Quibus difficultatibus oppressi Doctores communiter constituunt metum mortis regulariter excusare communicantes cum excommunicatis, ita D. Thom. in 4. dist. 18 q. 2. art. 4. gl. 3. vbi Sot. dist. 22. q. 1. art. 4. Namur. in man. cap. 27. num. 36. Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 3. num. 9. & post Ledesin. Medin. & alios quos refert, & sequitur Henr. in summa lib. 13. cap. 11 §. 2. in sta. lit. P. Vgol. de censur. tab. 2. cap. 14. num. 4. Jacob. de Graff. in aur. decis. lib. 4. cap. 11. Soar. tom. 5. disp. 4. sect. 1. num. 12. Azor. d. quest. 1. qui omnes varie torquentur circa intellectum huius text. varias interpretationes, seu magis diuinationes ad illum afferentes. In primis enim Innoc. in cap. si verè, de sentent. excommuni. intelligit agere hunc text. de metu leui, qui regulariter non excusat, l. vbi i. moris, ff. de regulis iuris. Sed conuenit ex litera text. ibi, pro nullo metu, & c. Vnde Theologi communiter intelligunt agere de communicantibus in Diuinis; ita D. Thom. Maior, & Ledesin. dist. 18. Alij ad solos communicantes in crimine, vel in contemptum Clauium, ita Nauarr. Couar. Graff. Henr. Soar. & Azor. praecitatis locis. Verum hi omnes intellectus nimium restringunt literam, & generalitatem huius text. qui indistinctè negat metum quantumcumque mortis sic excommunicantes excusare.

Quare non videtur recedendum à generali regnla Pontificis, immo generaliter asserendum nullum metum quantumcumque mortis excusare communicantes cum excommunicato sine in Diuinis, siue in humanis, & tam in crimine, & in contemptum, quam & sine & extra illud, ut tenebant antiquiores communiter, & constat ex Abb. n. 7. in fine in praesenti, & ex Adrian. in 4. q. de Clauibus q. 3. except. 18. de quo meminit Couar. d. n. 9. vers. primus.

Pro resolutione autem difficultatum aduerte illum metum solummodo iustum esse, & excusare in utroque foro per quem quis eligit minus malum ad vitandum maius, ut probat text. opt. in l. metum §. ff. quod moris causa explicat post D. Thom. Arist. Fortun. & alios, Couar. de sponsal. p. 2. c. 3. §. 4. n. 2. & vide quae

scribit Sanch. de matrim. lib. 4. d. sp. 1. num. 8. Planè qui eligit peccatum ut mortem effugiat, eligit minus malum, ut euitet minus, ideoque à culpa liberum non esse probat text. in c. merito, & in c. illa cauenda 15. q. 1. cum similibus, quibus probatur eos, qui faciunt aliquid per metum, velle simpliciter id quod agunt, quia coacta voluntas, voluntas est; l. si mulier §. si metu ibi, coactus velu, ff. quod metus causa, eandemque rationem insinuat Pont. in hoc cap. dum reddit rationem differentie inter vim precilam, & metum, quod in prima omnino excusatur, quia magis pati, quam agere videatur, non ita in metu, cum nullus metus tanti sit faciendus, ut pro eo debeat quis mortale peccatum incurere, sed oporteat potius omnia mala tolerare, quam malo consentire, ut inquit text. similis in c. si d. 12. q. 5. ex qua ratione merito Pontifex generaliter colligit in hoc text. eos, qui per metum mortis cum excommunicatis communicant, neque à culpa liberari, neque per consequens excommunicationem euadere.

Quo recenti intellectu non obstant supraposita difficultates, nam ad primam de contumacia, respondetur repetita illa contumaciae distinctione, formalis scilicet, & materialis, in communicante cum excommunicatis per metum mortis, non reperiri contumaciam formalem regulariter, quae consistit in eo, quod quis non obtemperat praecepto superiori: animo, & intentione ei non obtemperandi, sed tamen non deficit contumacia materialis, quatenus iste legitime monitus per metum culpabiliter superiori non obedit, ut mortem euadat, quam materialem contumaciam sufficere ad censuras incurrendas docent Conar. in cap. alma p. 1. §. 9. r. 3. & omnino vers. est tamen, & Valent. tom. 4. disp. 7. q. 7. punct. 5. Illud verò quod in argumento adducebamus de sacrificante Idolis per metum mortis, certum non est, imo contrarium constat ex usu Ecclesiae, quae tales consuevit absolueri, ut testatur ipse Clar. in argumento adducto, contrariumque magis probat d. cap. non autem, vbi Marcellinus Papa eo quod carnificem timore victus ab immanissimo Diocletiano Imp. Idolis thurificare coactus fuit, culpam suam in generali Concilio confessus est, & ideo inquit text. non fuisse depositum, quia prima Sedes à nemine indicatur, ac subinde non ex defectu culpa sufficienti ad incurrendas penas Canonicas, sed ex defectu potestatis, & iurisdictionis; ex historiis tamen Damasi, & reliquorum constat Marcellinum ipsum Pontificatum deposuisse, quod magis probat Card. Bellarm. tom. 1. de Roman. Pontif. lib. 4. c. 3. in fine, & de auctoritat. Concil. lib. 1. c. 19 in princip. reclamantibus alijs, ut per Platin. in eius vita, Turrecrem. de potestate Ecclesiae lib. 2. cap. 103.

Ad secundam resp. posse Ecclesiam obligare praecceptis suis subditos etiam cum mortis periculo, ut omnes fateantur, imo id intendere quod materia gravis est bonum publicum concernens, docet Caier. 1. 2. quest. 96. a. 1. 1. quest. 115 art. 4. & tenere fere omnes iuris Pontificis interpretes fateantur contrarium resoluens Azor. d. lib. 1. cap. 11 q. 1. in princip. & lib. 5. cap. 6. q. 6. certum est enim in violatione censurarum commune bonum offendi, quod magis consistere noscitur in auctoritate Ecclesiae, per censuras (quae sunt ipsius arma) tuenda & seruanda, cap. cum intrer. de consuetud. cap. 1. de exceptionib. lib. 6. in princip. & quia licet tene quid videatur communicare cum excommunicato salutando, colloquendo, vel aliter in humanis, ex praedicto tamen sine debet gravissimum reputari iuncta communi traditione, de qua Azor. d. lib. 5. cap. 6. quest. 5. Ad confirmationem autem

autem ex text. in d. c. quoniam multos, resp. legem esse Canonica, quæ speciales casus exceptit à generali regula, inter quos non reperitur iste de communicante per metum mortis, sed potius eum excusare noluisse apparet ex litera, cum enim in præfatione de his fecerit mentionem, qui ignorantia, simplicitate, timore, necessitate, &c. cum excommunicatis communicant, deinde in decisione omnes alios expressit, communicantes verò per timorem omisit, unde bene succedit reg. text. in c. nome, de præf. cum similibus; neque deest æquissima differentia ratio, quando enim quis propter necessitatem famis communicat cum excommunicato, ponitur circumstantia, quæ tollit omnino ipsius actus malitiam, iuxta reg. text. in c. discipulos, de consec. dist. 5. vbi gloss. & omnes notant, Docuit D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. Sot. de instit. l. 4. q. 7. art. 1. Cou. in reg. peccatum, p. 2. §. 1. n. 3. quia scilicet intentio petentis alimentum ab excommunicato principaliter fertur secundum finem illum subleuandi famis necessitatem, petique ab excommunicato rem sibi debitam ab ipsa lege naturali, talisque petitio est medium natura sua ordinatum ad propriæ vitæ conseruationem, quæ omnia deficient in communicante per metum, neque metus circumstantia tollit actus malitiam, neque communicans cum excommunicato petit rem sibi debitam lege naturali, sed potius ipsius intentio directè fertur in actum illicitum, quem ipse eligit, ut mortem enadat ex dictis: neque denique actus, quem eligit natura sua ordinatur ad conseruandam vitam, sed ex intentione ipsius metum passi illud medium eligenti contra legis præceptum. Confirmatur hæc differentia ex historia Machabæorum, quos lib. 1. c. 1. & lib. 2. c. 7. constat propter metum mortis adduci non potuisse ut à patrii legibus recederent, suinasque carnes comederent, quas tamen comedit comedisse propter famis necessitatem, atque hanc differentiam sentit Abb. d. n. 7. in fin. latius explicat Cou. d. §. 1. n. 9. vers. 1. & vers. 2. licet immerito deinde alias interpretationes magis probet.

SYMMA R I V M.

- 1 Metum passio non subuenitur si non fuit talis qui cadere potuit in constantem virum.
- 2 Professio facta per dolum an vitietur si in hominem prudentem dolum merito caderet.
- 3 Resignatio beneficii dolo facta est nulla.
- 4 Nullus tenetur ad quid faciendum cum dispendio salutis corporalis.
- 5 Excommunicationis metus quando cadat in constantem virum, ostenditur.
- 6 Metus qui dicitur cadere in constantem virum, arbitrio iudicis relinquatur.
- 7 Restitutio in integrum non habet locum in spiritualibus.

CAP. Cùm dilectus. VI.

VOuens, vel intrans aliquid, quod seruatum non vergit in dispendium salutis eternæ, debet illud seruare, nec excusat metus, qui non est mortis, vel cruciatus corporis, nec dolus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panorm. Anchar. Host. Henric. Boich. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 541. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 189. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. c. 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 3. Decret. lib. 1. tit. 2. c. 3.

Tom. I.

Nec obstante dolo, &c. Notatur ad hoc quod professio per dolum, vel errorem circa substantialia emissa est inualida, nam cum hic dicatur non intervenisse dolum, sed potius quandam fatuitatem, non obscure insinuat aliquem dolum grauiorem, seu magis certum esse sufficientem ad annullandam professionem, quia talis error liberam voluntatem tollit, cum nihil magis consensui quam error aduersetur, quare ita tenent Sayr. in clau. Regia, lib. 6. c. 4. n. 1. vers. inferitur quarto, Lessl. de iustit. lib. 2. cap. 40. dub. 2. num. 1. 2. vers. ex his patet, Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 9. num. 21. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 6. cap. 1. num. 4. Bonacin. de legibus disp. 4. quest. 2. puncto 3. §. 2. num. 4. Barthol. de Vecchis in praxi obseruande in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 13. dub. 13. n. 5. vbi cum Soar. dicto loco, num. 9. subiungit hoc procedere non solum quando error, vel ignorantia contingit per iniuriolam deceptionem, sed etiam si ex quacunque alia causa naturali, seu extrinseca contingat.

Quam ad fatuitatem, &c. Ergo à contrario sensu quando dolum non pertinet ad fatuitatem, sed in hominem prudentem merito caderet, vitabatur professio, Ita Innocent. hic num. 2. Ioan. Andr. num. 2. c. 3. Anchar. num. 6. Abb. num. 12. Syluest. verbo, religio 3. q. 11. Nauar. in cap. non dicatis 12. q. 1. num. 63. in 1. edit. commento 2. de regularib. num. 31. in 2. edit. Sfort. Odd. in tract. de restitut. in integr. p. 2. q. 61. art. 5. num. 31. Sanch. de matrim. lib. 10. disp. 9. num. 19. c. num. 20. cum quo ibi intellige. Videndum tamen est an professio dolo exorta nulla sit, vel exceptione doli mali rescindenda veniat? Et distinguendum puto quod aut dolum versatur circa substantialia professionis, & tunc quia excludit consensum proficientis, professio eum non ligabit, aut verus dolum, & error est circa causam finalem, & tunc non irritabitur professio, quia non dicitur quis deceptus dum in substantialibus non erat, Sanch. loco proxime citato, Fernandez de Ottero diuersis iuris q. 19. part. 1. vbi subdit professionem validam esse, licet inducentes profitentem dolo ad profitendum hæreditate ipsius priuentur, quod extenderem non solum ad Abbates, & superiores monasteriorum, sed ad alios constanti-virum qui donationem extorsissent, ad trad. per Molfes. in addit. ad consuet. Neapol. tit. de remort. q. 18. n. 13. Tapia in aub. ingressi, verbo sua, c. 1. n. 5. C. de sacros. Eccles. Vnde ex eisdem verbis, non obstante dolo, colligunt Doctores resignationem dolo factam esse nullam, Petr. Gregor. syntagm. iuris, lib. 17. cap. 18. numero 2. Rebuff. in praxi benefic. tit. de resignat. dol. num. 1. c. consil. 83. num. 2. Mascard. de probat. conclus. 1051. num. 53. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 7. c. 26. quest. 3. Flamin. de resignat. benefic. lib. 13. quest. 3. per totam, vbi num. 13. declarat ut non omnis dolum sufficiat, sed qui cadat in constantem virum, & prudentem.

In gloss. Salutis, ibi, Idem si salutis corporalis. Notatur ad hoc quod nullus tenetur ad quid faciendum cum dispendio salutis corporalis, similis gloss. in c. ultim. verbo quisquis, 21. quest. 4. c. in c. si verò, verbo, salutis, de iureiur. Ripa de peste, part. 2. in princ. num. 6 c. p. 3. num. 49. Conar. lib. 1. var. c. 2. n. 10. vers. quarto.

In gloss. Violentia, ibi, sed ille timor non excusat. Notatur ad hoc quod excommunicationis metus non est cadens in constantem virum; ratio est, quia si iusta est medicinalis est, cum adhibeatur ut respiciat à culpa, & nunc tenetur sibi consulere obediendo: si iniusta est non ligat, nec fortitur aliquem effectum in foro animæ, & ita eius metus non cadit in constantem virum.

E e . virum

virum, cum ei facile occurrere possit appellando, superiorem adeundo: vide tamen quae dixi ad c. 4. n. 3. supra hoc tit. Seraphin. de privilegiis iuram. prinl. 29. n. 4. Abb. in cap. olim in c. 6. infra de restit. spoliat. Gig. de pension. q. 36. à princ. Couar. de sponsal. p. 2. c. 3. §. 4. n. 10. Barlat. consil. 72. n. 54. vol. 1. Padil. in l. interpositas, n. 14. C. de transact. Milef. in repert. verbo iustitiae meae, Mascard. de probat. concl. 105. n. 50. Flamin. de resign. l. 1. §. 1. à n. 14. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 10. §. 7. optimè Basil. Ponc. de impedimentis matrimonij, c. 29. §. 6. vers. ceterum, Vgolin. de censur. tab. 2. c. 24. in princ. n. 1. Illustr. D. meum Rodericum à Cunha in comm. ad c. 1. n. 1. & 2. dist. 74.

6 In gloss. Metum, ibi, unde videtur relinquendum arbitrio iudicis. Notatur ad hoc quod arbitrio iudicis relinquatur qui metus dicatur cadere in virum constantem, similis gloss. verbo, cruciatum, in l. interpositas, C. de transactionib. Couar. de sponsalib. l. 2. c. 1. §. 4. n. 8. Decian. consil. 18. num. 131. cum segg. lib. 1. Farin. fragm. crimin. p. 2. lit. M. n. 67. cum segg. Menoch. de arbit. casu 135. num. 2. Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. §. 9. n. 59. Sanch. de matrimon. lib. 4. disp. 5. numero 1. & disp. 9. num. 5.

7 In gloss. Ad facultatem, ubi, Item nota quod in spiritualibus non habet locum in integrum restitutio, quia non videntur decipi, qui meliorem vitam elegerunt. Minor enim quoad professionem & cetera spiritualia censetur maior, circa quae restituendus non est, ut resoluit Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 37. n. 21.

S V M M A R I U M.

- 1 Amissa res probatur per iuramentum probata violentia per testes, & super valore rerum amissarum taxatione iudicis praemissa, & secuto perentis iuramento sit condemnatio.
- 2 Violentia probata per testes res amissa probatur per iuramentum.
- 3 Quantitas probari potest per iuramentum mutuantis probata mutui numeratione per testes, qui non recordantur de quantitate.

CAP. Super eo. VII. & vlt.

Gregor. IX.

1 **Q**ui lite non contestata conqueritur coram iudice spolij se spoliatum per violentiam, & per iuramentum suum res amissas, iudex considerata qualitate personae, & rerum, & quod non facile deiuraret, poterit condemnationem facere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zab. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anch. Host. Panorm. Bald. Henric. Boich. Imol. Viuian. in rationali primi libri iuris Pontificis, pag. 542. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 189. remissive Casal. in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.

2 Collige ex text. quod probata violentia per testes, res amissa probantur per iuramentum. Vide l. 9. tit. 10. p. 7. ubi gloss. 9. & l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordinan. ubi Perez gloss. 2. à princip. Bart. in l. 3. n. 16. ff. de aliment. leg. lason. in l. ex maleficiis, n. 90. in princ. Instit. de action. Azened. l. 3. n. 47. cum segg. tit. 13. lib. 4. nona recopil. Bonacof. tom. 1. com. opin. lib. 3. tit. 27. n. 1. cum segg. pag. 358. Seraphin. de privilegiis iuram. prinl. 31. n. 102. Mascard. de probat. concl. 952. n. 13. & concl. 1329. n. 18. Cardof. in praxi iudicum, & Advocatorum, verbo, interdictum, n. 22. in fine.

Sic etiam probata mutui numeratione per testes, qui non recordantur de quantitate ea probari potest per iuramentum mutuantis, praecipue si vltra testium de visu enumerationis deponentium dicta alia coniectura adhuc conuenierint. Vide Cacheran. Pedem. decif. 96. n. 3. Boer. decif. 319. n. 4. in fin. Ioseph. Ludou. Perus. decif. 100. n. 1. Franc. Viu. Decap. decif. 108. Surd. Mantu. decif. 199. n. 5. Stephan. Gratian. Marchia decif. 109. n. 59 & discept. forens. c. 44. n. 45. Marc. Anton. Bellon. Genuesi decif. 119. n. 4. & decif. 141. n. 3. & decif. 208. n. 2. Cur. Philip. p. 1. §. 17. n. 25. in fin. Bellacomb. tom. 1. communium opinion. lib. 4. tit. 2. n. 127. pag. 461. Parlad. lib. 2. rerum quorid. c. 18. Seraphin. de privilegiis iuram. prinl. 36. Mascard. de probat. concl. 184. Peregrin. consil. 71. n. 11. vol. 1. Muscatel. in sua praxi aurea Cuius Neapol. p. 7. gloss. conclusio, n. 24. Camill. Borrel. in summa omnium decif. tit. 5. n. 59. Unde debiti substantia ubi probatur status libro scribentis respectu quantitatatis, si adiut coniectura, Mascard. concl. 973. n. 43. Surd. decif. 199. n. 5. Quid si testes deponant de venditione, asserentes se vidisse perfectè conuentum de re, & pretio, sed non recordari de quantitate pretij, vide Pinel. n. 1. rubr. l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. c. 1. n. 7. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 34. n. 29. Bernard. Grauea. ad practicum Camera Imper. lib. 2. concl. 13. consil. 1. n. 5. Mascard. concl. 1403. num. 1. Cald. Pereira de emptione, & vendit. cap. 18. num. 16.



De in integrum restitutione.

TIT. XLI.

S V M M A R I U M.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Restitutio in integrum materiam qui Doctores tractant, citantur.
- 3 Restituere dicitur à retro & statuo, quasi retro statuere, sicut restituere deducitur à retro dare.
- 4 Restituere verbum amplam in iure habet significationem.
- 5 Restitutio proprie sumpta differt à solutione, & red-ditione.
- 6 Restitutio differt à satisfactione, in foro tamen consentientia frequenter ponitur restitutio pro satisfactio-nem.
- 7 Restitutio in integrum est reintegranda rei vel causa alio, seu repositio in pristinum statum.
- 8 Restitutionis duo sunt capita, alterum maiorum & 4. annis, aliud vero minorum, & illorum, qui iure minorum funguntur, veluti Ecclesia, & simi-lum.



UPER hanc rubr. scripserunt Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormit. Butr. Guillem. Dnrand. in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 42. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 166. Petr. de Rauennan. compend. iuris Canon. Martin. Mesbart. in epitome Decret. fol. 44. verso. Dan. Venator in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 11. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anasl. Germ. in paracitio ad quinque libros Decret. Lancel. in instit. Canon. Canif. in sum. iur. Canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iur. Barth. Carthag. in expetit. tit. iur. Canon. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. summ. in Decretal.